



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Occupationes reliquæ diei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

## OCCUPATIONES.

## Relique Diei.

I. Præter assignatas duas meditationes, tres alias occupationes suscipes, quarum prima est, ut consideres, quomodo erga varias Personas te gerere debeas.

Et I. quidem erga superiores tuos, puta Episcopum, Vicarium generalem, Decanum tuum, quibus merito sumam reverentiam, ut Dei Vicarijs: charitatem ingenuam, ut Patribus Spiritualibus: & obedientiam promptissimam, ut optimis Pastoribus debes.

II. Erga Parochianos tuos, quos amore universalis amplexi ( id est, pauperum & quæ ac ignobilium, quam divinum & nobilium curam æqualem gerere ) Zelo prudente ( id est, ad finem intentum, nempe lucrum animarum, idoneo ) Miserere ( videlicet verbum Dei prædicare, Sacrauenta administrare, & in rebus ad fidem & statum pertinentibus instruere ) & vitâ deniq; exemplari edificare, seu ad perfectiōnem Christianam excitare debes.

III. Erga Domesticos, quibus necessaria alimenta subministrare, onera servitij moderatè imponere, errores suaviter corrigerre, & debitam mercedem fideliter solvere oportet.

IV. Erga Cícos, aliosque non subjectos, cum quibus oportet pacificè vivere; ( id est, nullum quacunque ratione ledere ) promptè, ubi necessitas aut charitas exigit, subvenire & honorem cuiusque statui convenientem exhibere.

V. Erga Hospites & peregrinos, quos benevolè excipere, liberaliter tractare, & jucundè cum ijs conversari debes.

VI. Erga Pauperes, quos suaviter alloqui, ijsdem sincerū compati, & pro modulo subvenire decet.

VII. Erga Defunctos, quibus crebram recordationē, teneram commiserationem, celerem & copiosam subventionem impendere debes. Vide ergo, quomodo hæc omnia lastenus præstiteris, & præstare deinceps velis.

II. Secunda occupatio consistet in specialibus officijs seu functioniib; ad Proximum pertinentibus considerandis, quomodo scilicet rite & fructuose obiri debeant.

I. Itaque considera, quid in SS. Eucharistia, Sacramento illo pretioso, admirando, salutifero, & omni suavitate repleto, in

to, in quo Christus Dominus divitias sui amoris erga homines effudit, memoriam faciens suorum mirabilium, ut Cœlum Tridentinum less. 13. c. 2. loquitur, administrare observare debeas, videlicet, ut I. illud in Ecclesia concenter & decenter affervari cures. II. Ut Fidelibus rite spositis promptè & reverenter illud ministres. III. Ut dignis ejusdem participationem constanter deneges; que in finem memorandam S. Chrysostomi ho. 88. in illa sententiam in mente habeas, quâ sic loquitur: *Ad vos nigrantes, sermonem convertere necessarium est, ut nesciū studio hac dona distributio: non parva etenim in nobis vobis ultio, si quemquam ullius culpa consciū, hinc mensa participem esse concedatis: sanguis ejus de me vestris exquireretur.* Sive quis Dux militis sit sive Praefectus sive Princeps diadematē coronatus, indignē autem accessus prohibe, maiorem illo potestatē habes. Propterea hoc in talia insignivit honore, ut talia discernatis: haec vestigata, hac securitas, hac omnis corona, non ut ahaec splendida tunicam circumeatis induit.

II. Quid in Sacramento Baptismi observari oportet? videlicet I. Ut quoniam hoc Sacramentum est janua ad Eificiam, ipsāmque æternam vitam, nullus infans aut adolescentia absque hoc Sacramento decedere ex hac vita finatur. II. Ceremonia in Rituali præscriptæ accurate observentur: & necessitas aliud suadeat. III. Ut Parochiani, ac praeterea obstetrices tam de necessitate hujus Sacramenti, quam minime illud administrandi bene informentur, id est in concubinis occasio sumatur talia explicandi.

III. Quid in administratio: Sacramenti Pœnitentia observare debeas; videlicet ut I. memineris te iudicis officiū in hoc Sacramento exercere, atque adeo studiosè procures, ut omnina, quæ ad legitimam absolutionem, sive ex parte Confessarij, sive ex parte pœnitentis requiruntur, accurate præparatur. 2. Ut Medicum quoque Pœnitentis esse te memineris, id est, peccata tollere, sed salutaria etiā contra relapsum remedia prescribas, &c. Doctorem etiam pœnitentis esse te memineris; id est, quæ in ijs, quæ ad Sacramentum hoc ritè suscipiendum pertinent, in alijs capitibus ad statum cuiusque spectantibus soliter instruere illum studias.

IV. Q.

erga hunc ut  
unum, ut Co  
ministratur  
sa commu  
bus rite  
III. U  
eges; ca  
88. in lu  
d' Vos, n  
ft, ut nu  
nim na  
sum, ho  
de man  
e Praef  
em acci  
ea Gas In  
Gestra  
it aben  
portem  
ua ad Eu  
aut addi  
tur. M  
cvenn  
ac prae  
uam ma  
in conc  
ntiz ob  
ficiū in h  
s, ux on  
te Conci  
re pizze  
semili  
ata tol  
ihas. p  
cōque car  
periment  
bus solut  
y. Qd

IV. Quid in Sacramento extremæ Unctionis observare debet, videlicet 1. Ut, quantum erit in te, neminem adulterum & capacem sine hoc Sacramento discedere finas; nam, sapienter Episcopus Tritatiensis in directo Eccl. disc. ait, non magis languescit humana infirmitatis virtus, & unusquisque moriens ad ignotas sibi futuri sæculi vias ingredientur, ob peccatorum suorum conscientiam, & abysrum iudiciorum Dei magis timet, magisque horret, eò magis sollicitus debet Pastorum & Sacerdotum charitas, ut Christianus quilibet in extremo illo agone contra omnes satanæ insulcus bene armatus sit, & in spem misericordiæ divinæ bene erectus. 2. Ut non essentialia duntaxat hujus Sacramenti, sed ipsos etiam ritus in Rituali præscriptos studiosè observes. 3. Ut de utilitate hujus Sacramenti bene Fideles eloreas, vanâmque illam persuasionem, quâ persuadent sibi, perceptionem hujus Sacramenti esse accelerationem ad mortem, efficaciter eripere studeas.

V. Quid in Sacramento Matrimonij administrando sit observandum, scilicet 1. Ut, quò plures ob pravitatem hominum irrepserunt abusus, eò diligentior cura adhibeatur, in omnia, quæ sive Sacri Canones, sive Ritualia circa hoc Sacramentum præscribunt, accurate observentur. 2. Ut diligenter Parochianos tuos instruas, quâ intentione, reverentia, ac puritate hoc Sacramentum suscipere debeant. 3. Ut, ubi causus matrimonialis occurrerint, diligenter eos examinas, nec tibi soli fidens, alios etiam in consilium advokes.

VI. Quid in Verbi divini predicatione observandum sit, videlicet 1. Ut materia sit selecta, & auditoribus bene accommodata. 2. Ut ipsa quoque dispositio & elocutio non obiter & perfundoriet, sed magno studio & labore perfecta, ne aliqui, sicut sine labore ascendis Cathedram, ita fine honore descendas. 3. Ut finis præcipuus Concionis, qui est doceare & movere, ob oculos semper habeatur, atque adeò ad suendum acquirendum omnes vires convertantur, & ipse etiam populus modum utiliter audiendi verbum divinum ducatur.

VII. Quid in Catechesi tradenda observandum sit, videbitur, I. Ut hoc munus unum ex præcipuis esse tibi persuatas, id est diebus præscriptis magnâ cum diligentia &

alacritate obreas. 2. Ut varios modos excogites, quibus et  
et in Catecheticae instillari & inculcati possint. 3. Ut in  
ipsis etiam Concionibus apud Rusticos, vel alios plebeis  
habendis nonnunquam doctrinas ejusmodi Catecheticae  
immisceas, atque ad illas liberis instillandas parentes ho-  
teris.

VIII. *Quid in Ebororum visitatione observandum sit,*  
delicet I. Ut diligenter, cum charitas aut necessitas fuderit,  
visitentur. 2. Ut ad dolores & molestias infirmitatis quo-  
animi tolerandas efficaciter excitentur. 3. Ut ad Sacra-  
torum susceptionem, aliisque officia ad mortis articulorum  
pertinentia ritè & alacriter praestanda disponantur.

IX. Denique, quid in conversatione privata cum homi-  
bus sanis observandum sit, scilicet 1. Utrara sit, ne cum in  
multiloquio non desit peccatum, experiaris, quod nonne  
conquestus est: *Quoties inter homines fuisti, minor humi-  
redij.* 2. Ut sanata sit, id est, bono fine suscepta, & ad san-  
tatem vitae persuadendam, remotè saltem ordinata. 3. Si  
sit suavis simul & gravis, hæc enim & gratam præcavens  
& efficacem faciunt conversationem.

III. Tertia tandem occupatio iterum lectio spiritu-  
erit, tum libri ascetici præscripti; tum ex libello de imita-  
tione cap. 10. l. 4. ut ex illius lectione ad sacrum quoddam  
deinceps legendum accendaris. Proderit etiam pro comite  
de hujus recollectionis triduanæ breviter se reflectere, an  
compendium quasi redigere potiora proposita & decreta  
quæ fecisti hoc triduo, & pro ijsdem debitas Deo grates per-  
solvere, ac gratiam ad eorum executionem necessariam effi-  
gitare.

### TERTIUM EXEMPLAR TRIDUANÆ RECOLLECTIONIS

Pro ijs, qui post curam Animarum aliquamdiu exerci-  
tam recolligere se desiderant.

**Q**uantopere hæc recollectione necessaria sic ijs, qui cum  
Animarum suscepserunt, Servator ipse Marc. 6, indicat  
vit, dum ad Apostolos suos velut primos Pastores animarum  
dixit: *Venite seorsum in desertum locum, & requiesca-*

*pausa*